



Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Dispvt. CXLI. Vtrum verbum in Deo proprie dicatur personaliter, an
essentialiter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

quam ipsum verbum vocis, illud imaginatione cogitamus, quod licet nondum habeat esse existentiae, sed tantum obiectivum, verè dicitur verbum, sicut homo cogitatur verè dicitur homo. Quod si qualitas expressa in imaginatione inquit illius, quam exprimit intellectus diceretur verbo imaginationis, quævis alias species expressa in facultate quacumque sentiente diceretur verbum, quod est absurdum. Nam sicut alie facultates nō dicuntur loqui sic etiam nec dicuntur verbum exprimere, atqui imaginatio dicitur loqui, nō quod exprimat speciem rei, quam apprehendit, sed quia verbum, quod voce efferrendum est, in se apprehendit. Ego vero existimo verbum imaginationis etiam esse ipsam qualitatem expressam, quia interior rem aliquam cogitamus: nam participatione intellectus, quam ex conjunctione cum illo habet, et imaginatio hominis interioris dicitur loqui, eo ipso, quod cogitat, et non solum dicitur verbū vocis apprehendere, sed etiam intrus secum loqui. Verum qualitas illa expressa imaginationis non vocatur verbum, quia dicitur, sed potius quia fit dictio quædam rei cogitate, sicut de verbo nostræ mentis dicemus disput. sequenti cap. 4. At species expressa, aut visus, aut auditus, vel alterius sensus, non vocatur verbum neque dictio, sed solum vocatur sensatio, quia dictio, et verbum propria sunt rationalis potentie, vel eius, quæ rationalis influxum aliquo modo participat, qualis in nobis est sola imaginatio: cæteri enim sensus non habent aliquam rationis, nec ei ita connectuntur, sicut imaginatio, nec ab eis ratio ita pendet sicut ab imaginatione.

Deinde notandum est, rationem verbi non esse uniuocam verbo mentis, & vocis; nam his qualitatibus aded diuersis ratio quædã proxime communis non potest conuenire, cum non sint sub eodem genere proximo, vt constat, altera enim est spiritualis altera corporalis.

DISPUTATIO CXLI.

Vtrum verbum in Deo propriè dicatur
personaliter, an essentialiter.

Statuitur doctrina Catholica contra hereticos, cap. I.

Variae Scholasticorum opiniones, cap. 2.

*Tam actum dicendi, quam verbum in diuinis solum sumi
notionaliter, verior sententia, cap. 3.*

Soluuntur argumenta Durandi, cap. 4.

C A P V T I.

Statuitur doctrina Catholica conf. m hereticos.

Omissis hæreticis antiquis, & recentioribus, qui aut contra Trinitatem personarum, aut contra æqualitatem earum docuerunt, ac prout de aut personâ verbi negarunt, aut eius proprietatem e medio abtulerunt, de quibus satis superque dictum est disput. ro.8. & sequentibus, fuerit alij dicti, *Alogiani*, Græcè ἀλογοί, quasi sine verbo, quorum meminerunt Epiphanius hæres. 17. & August. de hæresibus, hæres. 30. qui verbum in diuinis negarunt, & ne erroris conuincerentur, Euangelium ipsum, & eius Apocalypsim non recipiebant: forsitan Epistol. Ioannis eadem de causa negabant: nomen autem, ἀλογοί, impositum eis fuisse ab Epiphanio, ipsè etiam testatur. Contra hos ex recentiorib. scripsit Alphons. à Castro lib. 4. aduer-

his hæreses verbo, *Deus*, hæresis 7. fuerunt autem, vt ipse scribit, & Præteolus in Elencho hæresum verbo, *Aligi*, & Sanderus lib. 7. de visibilibus Monachia hæresis 29. tempore Soteri Pontificis, & Commodi Imperatoris lib anno 180. sed qua ratione hic negauerint verbum in Deo, nec Epiphani. nec August. explicant, an videlicet quis purent non esse secundam personam, aut illam non esse membra productam, aut esse puram creaturam: suspicatur tamen, horum hæresim fuisse Iudeorum, & Sabellianorum negantium pluralitatem personarum, eius namque fecisse videtur mentionem Aristobolus in Oratione contra Gregales Sabellij præambulo in suis verbis. *Verbum enim illi tale adhibuit, quod homines in sua mente concipiunt, & sapientia talem, quæ sit ea, quæ nostri animi esset, attribuit: ideoque tuam personam Deum cum verbo asserunt, quem admodum hominem vnum dicimus cum sua ratione, verborumque in animo conceptu, nihil plus, quem Iudei sentientes quæ Evangelium non recipiunt, statim ad initio clamant, in principio erat verbum, &c. vbi ostendit quæ de causa illi hæresis, qui cum Iudeis vt Sabelliani fensent, Evangelium Ioan. non receperint. Alio modo refert Cyrill. lib. 7. Theofauri cap. 3. Eunom. negasse, lib. 6. Deum Dei esse verbum, quia scilicet verbum proprio vocis est: Filius autem animal est, eademque ratione nec sapientiam Patris esse dicebat, quia sapientiam non est animal; ideoque, vt refert Cyrill. cap. 4. idem Eunom. asserbat Filium Deum verbum illius in scriptura appellari; Non quia sanctam naturam ex patre sit, aut quia ipse filius sit inuicem, atque insitum patris verbum, sed quia patris verbum (intelligit patris vocis) nobis enunciat, sicut sanctissimam quoque dicitur Filium, quia sanctissimus.*

Respondeat autem Cyrillus, cap. illo 3, dicens
 esse rationem verbi, atque sapientie in Deo. & in
 hominibus: in his enim neutrum esse subsistentem,
 in Deo autem subsistit. Impugnat etiam ipsum,
 quod Filium Dei animal appellauerit, cum ani-
 mal illud sit, quod vitam participat: verbum au-
 tem Dei sit ipsa vita. Et eodem cap. 4. Eunomio fi-
 e obicit. Sicut filius non participatione sanctificatus
 est sanctificatio, sic etiam non participatione ver-
 bi est verbum: esset autem sola participatio, si
 ea sola ratio verbum diceretur, quod verbum vo-
 cae acceptum à Patre nobis annuntiaret. Contra
 hos vero hæreticos, prope Sabellianus, & Arius
 confutendos, nunc distendendum non est, ut
 initio notavi, quare superest solum, ut probemus
 admissio mysterio Trinitatis, ut re ipsa Catholici
 fateantur, Filium Dei verbum proprie appellari.
 sic enim dicitur à Ioan. cap. 1. & in Epist. cap. 14.
 ut omnibus notum est: sic etiam communiter Pa-
 tres secundum in Trinitate personam verbum ap-
 pellant, ut vidimus disput. 111. & 112. nam de be-
 nedi. Genenti articulo diximus.

Notandum tamen est, verbum *Dei* vocari
se etiam seruauit, vt obseruauit *Augustinus*, *tractatus*
Ioannis, explicans illud *Ioannis*. *7. Seruo tuum verbum*
Sic etiam appellat *Laſſantius* lib. 4. *diuina* *dispositio*.
cap. 8. Tertullus lib. *aduersus Praxeum* *cap. 5. §. 9. et* *Quintus*
Marcionem lib. 2. *cap. 27. Cyprianus* lib. 3. *aduersus Iulianum*
explicans illud *Pſal.* 44. *Eruſtauit cor meum verbum*
bonum. Et quidem Græcam vocem, *λογος*, Latine
aut verbum, aut sermonem reddere possumus.
Quare reprehendendus est *Erasmus*, non quod
horum Patrum lectioni sequatur, illud *Ioannis*.
In principio erat verbum, ipse conuerſit, *In principio*
erat

ter *fermo*, fed, vt benè notauit Canarienf. in art. l. quæft. 2. difput. 6. quæft. 2. Quia in annotationibus illius loci dixit, multo melius transferri fermonem, quam verbum in quo manifèfte deceptus eft. Nam fermo aggregatum quoddam ex pluribus ditionibus; verbum autem vnâ fimpli- cem ditionem tantum fignificat: ideoque fimpli- citer fecundæ perfonæ aptius denotat. De- iude obferuandum eft cum S. Thoma in folut. 2. idè Ariano, & Eunuomian negaffe in Deo verbum, quæ dixerunt non eſſe conſubſtantialem Patri. Adde, Sabellianis idè etiam negaſſe ver- bum, quia creberram vnâ tantum in Deo eſſe perſonam, quod ſi hi, terſas perſonas concederet, duo vero priores filium diceret eſſe eiundem cum Patre ſubſtantia, non dubitarent afferre ipſum productum per Patris intellectum, ac proinde eſſe proprie verbum illius, vt pudeat Durandum, qui negat, filium Dei per intelledum procedere, vt vidimus diſputat. iij. & illa appropriatione docet, vocari verbum, vt capite ſequenti vide- bimus.

CAPVT II.

Variae Scholasticorum opiniones.

Quamquam Catholici fateantur, secundam in Trinitate personam verbum appellari, tamen in ea questione, Vtrum verbum proprie cōueniat essentiz, an personæ, non omnes eodem modo sentiunt. Referam igitur in hoc capite aliorum sententias, vt sequenti veriorē exponā.

Prima est Durandi in 1. distinct. 27. quæst. 3. Qui affirmat, verbum in Deo propriè dici essentialiter, secundæ autem personæ sola appropriatione conuenire. Cum dicit sola appropriatione conuenire, nō intelligit eo modo, quo communia, & essentialia aliquando personis accommodantur, vt nomen, *Amor*, hæc enim propriè, hoc est, non Metaphoricè, & impropriè personæ conueniunt, sed intelligit, nomen, *Verbum*, appropriari propter similitudinem, quia licet nō procedat perintellectum, vt ipse putat; eius tamen productio, cum sit prior origini, assimilatur processioni perintellectum, quæ prior est, quam processio per voluntatem. Nam alii qui dicunt, esse quidem nomen commune, & essentialē conueniens Deo ratione essentialis cognitionis, sicut est sapientia, & amor; appropriari tamen filio, quia eius generatio est per actum intelligendi, sicut amor Spiritui sancto, quia per actum voluntatis procedit, à Durandi sententia longius distat: hi enim nō assentunt, Filium esse Verbum similitudine tantū, sed recipi propriè per intellectum procedere, at Durandus affirmat, secundam personam similitudine tantum procedere vt verbum.

B. G. 11

Bisariam vero probat suam sententiam : tum,
 quia verbum non procedit per intellectum : tum,
 quia verbum disput. 11. tum etiam, quia verbum in Deo
 essentialiter dicitur, quod his rationibus suadere
 sonatur. Primum, quia verbum in Deo est ipsa
 mens intelligendi, sicut in quocumque intellectu
 creato, actus autem intelligendi est communis, &
 intellectualis, ergo verbum non est in nonale in
 suis, sed essentialiter. Secundum in omni intello-
 gitione perfecta semper est verbum, in Deo autem
 mens est essentialis est maxime perfecta, ergo
 non est verbum. Tercio actus nonalis non trans-
 gressetur ad creaturam, nec refertur supra
 Vazquez in 1. partem Tom. 11.

CAPVT II. & III.

personam producentem, sic enim non dicimus, Pater generat creaturas, nec dicimus, Generat seipsum, & tamen dicimus, Pater dicit creaturas, & dicit seipsum, ergo actus dicendi non est actus notionalis generandi.

Secunda sententia est S. Thome in 1. distinct. 27. *Secunda quaest. 2. art. 2. Capreoli quaest. 2. art. 1. conclus. 4. Ferrariensis contra Gentem cap. 13. versic. Considerandum, nempe verbum in diuinis accipit essentialiter, & notionaliter, quia de ratione verbi non est realiter procedere, sed factis est, si nostro modo intelligendi concipiatur per modum emanationis, sicut essentialis intellectio in Deo à nobis intelligitur. Præterea verbum etiam dici potest, quod realiter procedit per intellectum, ergo cum Filius Dei per intellectum generetur, dicitur verbum notionaliter. Hæc sententia differt ab opinione Durandi: ille enim asserit, rationem verbi non continere filio, quia per intellectum procedat, sed quia eius productio sit prior ordine originis, sicut illa, quæ est per intellectum; vnde falso hi Doctores pro sententia Durandi allegari solent. Tum etiam ita asserunt, verbum in diuinis sumi essentialiter, vt etiam dicant sumi notionaliter, non solum appropriatione, sed ratione processionis per intellectum.*

Tertia opinio est, quam refert S. Thomas ibidem, quorundam, qui dicebant, verbum semper accipi notionaliter in Deo, actum tamen dicendi accipi posse essentialiter, & nonaliter; Primò quidem, vt idem est, quod intelligere, essentialiter, & sic non habet verbum. Secundò sumitur pro actu creationis, iuxta illud Genes. i. *Dixit Deus, fiat lux, &c.* Et hoc modo etiam non habet verbum, sumitur tamen hoc modo essentialiter. Tertiò vsurpatur pro actu externæ generationis, & ita verbum. Hanc eandem sententiam secuti sunt alij, vt refert Durandus, qui dicebant, sicut auctores prædicti, verbum semper accipi notionaliter pro secunda persona, actum vero dicendi essentialiter quidem, pro eo, quod est exprimere, & manifestare aliquid in verbo, & hoc pacto, assererebant, tres personas manifestare aliquid in secunda, quæ est verbum productum: notionaliter vero pro actu, quò pater producit secundam personam, qui actus solum conuenit Patri.

CAPVT III.

*Tam actum dicendi, quam verbum in diuinis solum sumi
notionaliter, verior sententia est.*

E Go vero communem sententiam amplectendam esse cenſeo, quam non ſolum tradidit S. Thomas in hoc articulo, quam Caietanus, & recentiores ibidem ſequuntur, verum etiam, vt notauit idem Caietanus, priorem, quam in primo ſententiarum, & alibi docuerat, tacite retractauit. Faciunt cum his *Magiſter in 1. diſtinct. 27. queſt. 2. Scorum ibidem queſt. 1. Gabriel. queſt. 3. artic. 2. nec diſcunt, Bonauentura 22. parte illius diſtinctionis queſt. 1. vbi quauis dicat, biſariam accipere verbum in Deo, vno modo, quando Deus interius loquitur, & hoc pacto notionaliter, altero modo eſſentialiter, cum exterius producit creaturam; tamen affirmat, hoc poſteriori modo dictionem, & verbum capi improprie pro ipſa re quæ ſit, & actione, ſeu produktione illius: ergo ſentit verbum proprie acceptum in Deo, notionaliter ſolum uſurpari. Quæ ſententia probatur*

primo ex
scriptura
communis
sententia.
9.

in primis ex Scriptura, in qua nunquam essentialiter Deo tribuitur verbum, aut dictio, nisi quando narratur, Deum aliquid exterius creasse, tunc autem omnes fatentur usurpari improprie, dicitur enim res ipsa producta extra Deum, verbum ipsius, & illius productio vocatur dictio, & locutio Dei, vel exterior aliqua prolatio, qua Deus instat alicuius hominis dicitur loquutus. Contra vero, cum de verbo interiori ipsius Dei fit mentio, soli secundæ personæ tribuitur, ut Ioan. cap. 1. & 1. Ioan. cap. 5. & Apocal. 19. ubi inquit Ioan. de illo quem vidit sedentem super equum album, *Et nomen eius, verbum Dei*, quo plane denotat proprium nomen illius: ibi autem sermonem esse de Christo filio Dei omnes consentiunt, negasse hos libro Ioannis esse Canonicos, retulimus cap. 1. ex Epiphano.

Durandi
effugium.

Sed respondet Durandus, secundam personam vocari verbum Dei appropriatione sicut tertia dicitur spiritus: namque, & eo etiam loco Apocalypsis, de eodem, qui dicebatur verbum, proxime dixerat Ioannes vocari fidelem, & veracem, & qui cum iustitia iudicatur, quæ tria nomina essentialia sunt, appropriata tamen videntur secundæ personæ: quid ergo mirum, si etiam nomen verbi non sit ei proprium, si etiam nomen verbi sicut nomen spiritus tertiæ personæ? Verum hæc effugia Durandi inutilia sunt, nam licet secundæ personæ multa nomina appropriari dicantur, quæ communia sunt, & essentialia tribus personis & huiusmodi sunt illa tria, *Fidelis, verax, & cum iustitia pugnant*, id tamen asserimus de ijs, quæ etiam in scriptura videmus tribus personis communia esse, qualia sunt hæc tria: at vero cum nullibi in scriptura, nec apud sanctos Patres, nomen, *Verbum*, reperiatur essentialiter dictum, & tribus personis commune, sed ab omnibus secundæ personæ tribuitur, unde nam suspicari possumus, ei tantum per appropriationem accommodari? Tum etiam, cum eo loco dicat Ioannes, *Et vocatur nomen eius verbum Dei*, intelligit proprium illius nomen: cætera enim, quæ dixerat non ut propria nomina, sed ut epitheta ipsius posuerat. De prioribus dixit, *Et qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax*: quo sane modo exprimere solemus communia epitheta alicuius; at de verbo sic ait, *Et vocatur nomen eius, verbum Dei*, ubi peculiare nomen, quo nuncupari solet, expressit: cum enim de nomine alicuius interrogamus, non per communia, sed per peculiaria respondemus. Porro nomen spiritus, esse appropriatum Spiritui sancto, docet S. Thom. infra q. 36. art. 1.

10.

Præcludi-
tur.

Præcludi-
tur 2.

Secundò probatur ex Patribus, August. lib. 5. de Trinit. cap. 13. sic ait, *Relative dicitur filius, & relative dicitur verbum, quod autem relative dicitur, notionale est*: nam de relatione secundum esse intra ipsum Deum plane loquitur August. Et 6. de Trinitate cap. 2. *Verbum solus filius accipitur, non simul pater, & filius, & sub finem capituli, Verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo verbum, sed solum filius*. Et lib. 7. de Trinit. cap. 1. *Non est ipse (scilicet Pater) verbum, sicut nec filius, nec imago, & cap. 2. in principio, Pater igitur & Filius, simul vna essentia, & vna magnitudine, & vna veritas, & vna sapientia: sed non Pater, & Filius simul ambo vnum verbum, quia non simul ambo vni filius: sicut enim filius a patre refertur, non ad se ipsum dicitur, ita & verbum ad eum, cuius*

Vera senten-
tia secundo
confirmatur
ex Pa-
tribus.

11.

verbum est, refertur, cum dicitur verbum, eo quippe filius, quo verbum, & eo verbum, quo filius. Quoniam igitur Pater, & Filius simul non vique vni filius, consequens est, ut pater & filius simul non ambo vnum verbum, & propterea non eo verbum, quo sapientia quia verbum non ad se dicitur, sed tantum relative ad eum, cuius est verbum, sicut filius ad patrem, sapientia vero eo, quo essentia, & ideo quia vna essentia, vna sapientia quoniam vero & verbum sapientia est, sed non eo verbum, quo sapientia, verbum enim relative, sapientia vero essentialiter intelligitur, id dici accipiamus, cum dicitur verbum ac si dicatur, *nata sapientia, ut sit filius & imago*.

Multa alia non minus præclara pro hac nostra sententia docet Aug. sed hæc sufficiant, in quibus primum considera circa prius testimonium, cum ait, *verbum relative dici, omnino negare essentialiter accipi posse*: idem namque in posterius opposuit verbum sapientia, quia verbum relative, sapientia essentialiter accipitur, ergo idem est apud August. dici aliquid relative, & non dici essentialiter: quare, si verbum relative dicitur, non potest dici essentialiter. Adde quod nomina, quæ appropriantur personis, ut potentia patri, non dicuntur relative ad aliam personam, nisi materialiter ratione eius, cui attribuntur. Deinde nota circa secundum, & tertium testimonium cum negat absolute, Patrem & Spiritum sanctum esse verbum, atque negat verbum esse de verbo, aperte indicat, nomen, *Verbum*, non esse appropriatum secundæ personæ, sed proprium. Nam si esset secundum commune, & vni personæ solum appropriatum, non repugnaret dicere verbum esse de verbo, sicut filius dicitur sapientia de sapientia, & Spiritus sanctus dicitur amor de amore: Deus enim Charitas est. Dici etiam possent ambo, scilicet Pater, & Filius, verbum, sicut dicitur sapientia, cum tamen nomen sapientia sit appropriatum, quod in ultimo quoque testimonio concedere non audeat August. Quid plura? testimonia enim August. a quo perspicua sunt, ut alia explanatione non egent.

Deinde Cyrillus lib. 7. Thelaudi c. 1. obijciens bus Arrianis in hunc modum, si verbum consubstantiale Patri, poterit quoque Pater verbum appellari, sic respondet. *Qui hæc dicunt, Ioannes nomen oblitus sunt, verbum enim ipse filium hic (scilicet cap. 1.) appellat, & hoc nomen quasi proprium, & ipsiusque maxime significativum elegisse videtur. In principio (scilicet) erat verbum, &c.* Idem autem Cyrillus dicit hac voce, *verbum*, magis exprimi proprietatem filij, quia ut dicebamus disput. 137. cap. 5. eo significatur non solum in genere filiatione secundæ personæ, sed etiam modum processionis illius personæ esse per intellectum, non per naturam, ut hanc putavit Durandus.

Tercio demum ratione facile probatur: nam verbum natura sua denotat realem emanationem ab aliquo, cuius est verbum: sic Basil. homil. in Jo. de la verba, *(In principio erat verbum) post medium, ubi ait, Nam cor nostrum veluti fons est quidam, verum quod emissum veluti rivus ex fonte profluit. Et paulo superius, Cur verbum ut quod ex mente procedat, non quomodo de verbo vocis loquatur, dicitur. Tamen illud esse, ut quod ex mente procedat, significetur. Et Athanas. in Epist. de sententia Dionysij contra Arrianos aliquantulum à fine sic ait. Verbum promanationem mentis nominari convenit, idemque, ut quasi de homine loquamur, ex corde per os funditur, dicitur, quæ iam inde mens tæst, quæ tæst per os*

quam proficit ab earatione, siue verbo, quod in corde est. Cum ergo de utroque verbo loquatur, & vocis, & cordis, dicatque verbum esse emanationem mentis, de utroque plane intelligit, ut inde etiam emanationem verbi aeterni explicet. Eandem similitudinem verbi nostri, & diuini prosequitur Ansel. in monolog. cap. 31. & tam verbum nostrum, quam diuinum emanatione procedere, docet. Sic etiam idem Athanas. in Epist. de decretis Nicenae Synodi parum ante medium de filio Dei ait: *Siue enim rationem, siue verbum Dei cogites, rursum eum ex illo esse, sine ulla differentia cogitaues.* Et quamuis ibi etiam numerus essentialis, quae sola appropriatione tribuuntur filio, tamen non eodem modo intellexit de verbo, cuius ratione etiam in humanis, alio loco dixerat, esse processionem. Atqui id, quod in Deo emanationem denotat, non dicitur essentialiter, sed notionaliter, ut omnibus confessum est: ergo verbum non essentialiter, sed notionaliter semper usurpari debet. Supererat hic, ut explicaremus, quomodo comparatur tam verbum nostrum, quam diuinum cum actu dicendi, & utrum eius emanatio sit intellectio, an saltem dictio, & utrum in omni intellectio sit verbum, an non: haec tamen commodius in solutione argumentorum Durandi cap. sequenti dicemus.

Ex dictis inferitur primo falsam esse sententiam Durandi, qui dicebat verbum proprie, sumi essentialiter: sed quodammodo, hoc est sola appropriatione, usurpari notionaliter. Secundum sequitur, falsam esse sententiam secundam, quae dicebat, utroque modo accipi verbum; cum constet solum usurpari notionaliter. Tertiū colligitur, tertiam sententiam magis à veritate deuiare, cum alio modo sumit dicere, quam verbum: haec enim videntur, aut inuicem relata, aut idem esse: quare si vnu notionaliter, alterum eodem modo accipiendum est. Quod vero vltimo addit, omnes personas exprimere in verbo ea, quae intelligitur, absurdissimum est: nam illa sola persona in verbo exprimitur id, quod intelligitur, quae ipsum verbum producit, ut omnes fatentur Doctores.

CAPVT IV.

Soluntur argumenta Durandi.

Ad primum, & secundum argumentum Durandi facile respondemus, non quaecumque intellectio, quantumvis perfectam, esse verbum, sed in ea solum verbum reperiri, quae realiter ab intelligente procedit, cumque essentialis cognitio in Deo sit ipsa essentia Dei, nec ab ipso Deo aliquo modo emanet; non sequitur, esse verbum earum rerum, quae in ipsa intelliguntur. Sed tertium argumentum difficile est, in cuius solutionem explicare oportet, quis sit in nobis actus dicendi, & quid verbum, & utrum verbum mentis in nobis dicatur species expressa, an potius res ipsa, quae verbo repraesentatur. Sunt nonnulli, qui censent, actum dicendi esse productionem Phisicam illius qualitatis, quam intellectus in se ipso producit: qualitatem vero ipsam productam, esse verbum, quo formaliter intellectus constituitur intelligens, ita ut intellectio, & verbum sint idem omnino; dicere autem non sit intelligere, sed sit productio ipsa verbi, & intellectio. Haec sententia videtur Scoti, ut commemorauimus disput. 12. cap. 2. vbi tamen iam satis ex Patribus, & rationibus probauimus, ipsum dicere intellectus

formaliter esse intelligere; nisi quod dicere denotat etiam realem emanationem à dicente, sed intelligere non item.

Alij dicunt, ipsammet productionem speciei secundae expressae esse dictionem, & intellectionem simul formaliter; qualitatem vero expressam esse verbum hac dictione & intellectione expressum: & hoc respondent argumento Durandi, eam intellectionem habere verbum à se productum, quae est productio realis, & illa solum esse dictionem: & quia in Deo intellectio essentialis non est productio; ideo non esse dictionem, nec habere verbum. Haec tamen sententia mihi non probatur: Puto enim, in nobis intellectionem formaliter esse ipsam qualitatem expressam in mente, quae sit intellectui res praesens: atque rem intelligere nihil aliud esse intellectui, quam similitudine actuali illius informari, ut notauimus disput. 12. cap. 4. Ipsam vero productionem huius qualitatis non esse intellectionem, sic ostendo. Nam si eo esset intellectio, quo est productio illius qualitatis, sicut dicitur qualitate illam producere, diceretur etiam qualitatem illam intelligere; at qualitas illa non intelligitur, cum tamen producat, ergo productio illa non est eo intellectio, quo est productio, & contra. Tum etiam, ut diximus in ea disputat. cap. 2. & disput. 38. cap. 2. intellectio nihil aliud est, quam representatio actualis, & expressa alicuius rei: haec autem multo perfectius reperitur in specie ipsa, & qualitate: quam in productione, & fieri illius: ergo illa potius est intellectio. Quam opinionem docent Scotus in 4. distinct. 49. quest. 2. §. Ad argumenta, in solut. 4. Laellus lib. 9. Metaphys. quest. 7. Soncinus eodem lib. quest. 20. & 21. Caietanus 1. parte, quest. 79. artic. 2. §. Quoad secundum, non longe à fine, & in eadem 1. parte, quest. 34. artic. 1. in fine commentarij, & Doctores omnes, qui affirmant, cognitionem posse in nobis à solo Deo produci, quos referemus 12. disput. 9. cap. 1. hi enim omnes censent, cognitionem esse non productionem, sed qualitatem significatam per modum actionis, quam vocant actionem grammaticalem. Quam sententiam expressisse videtur S. Thom. in hac quest. artic. 1. ad 3. vbi habet haec verba. Nam intelligere importat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam, in qua nulla ratio originis importatur, sed solum informatio quaedam in intellectu nostro, prout intellectus noster fit actus per formam rei intellectae. Quae sane verba nulla indigent noua expensione, aut explicatione pro praedicta sententia.

At dicunt aliqui, intellectionem formaliter in nobis non esse ipsam qualitatem solam, nec solam productionem illius, sed utrumque simul, & ita intelligere esse fieri, & produci illam qualitatem, & simul ipsa qualitate informati, non alterum eorum tantum, ut ita defendat, qualitatem illam à solo Deo produci posse, & in intellectu recipi: sed hoc modo non posse reddere hominem intelligentem. Haec tamen sententia mihi nullo modo probari potest: Primum, quia si intelligere formaliter est producere, aut saltem includit producere directe: cum intelligere vnicus & simplex actus sit, quidquid diceretur intelligi, diceretur produci, & contra id, quod per intellectum non produceretur, non diceretur intelligi: quia cum de ratione intellectiois duo sint, & productio, & qualitas, & intelligere duo illa includat, & productionem, & qualitatem; sequitur, rem intellectam

18. Media autem sententia refutatur.

eo ipso, quod intelligitur, cadere sub productione, & sub illam qualitatem. Deinde cum qualitas illa, & conceptus sit representatio quadam actualis obiecti; impossibile est alicui intellectui inesse, & ei non representare actualiter obiectum, atqui habere obiectum actu representatum, idem est, quod intelligere illud, ergo fieri non potest, ut quis habeat in se qualitatem illam, quin per eam intelligat, quia siue à solo Deo produceretur, siue ab ipso intellectu, semper deberet obiectum eodem modo representare, quoniam semper in se eadem esset qualitas: ac proinde eundem effectum redderet. Quamvis ergo intellectio à solo Deo produci non possit, sed ab intellectu intelligente actu pendere debeat; nihilominus non est dicendum, de ratione intellectiois directæ, & formaliter esse productionem vitalem, sed productionem vitalem esse aliquid necessario requisitum, ut sit intellectio, quia intellectio, ut intellectio, solam significatur, ut actio circa obiectum, quod reuera non producitur, sed cognoscitur: non autem ut actio circa ipsam qualitatem interius productam, & idè dicitur actio grammaticalis tantum, hoc est, significata verbis actionis, cum tamen reuera per illam nihil producatur. Ideoque existimo dixisse Aristot. lib. 9. Metaph. c. 9. per quosdam actiones nihil produci, ut per visionem, intellectioem, & per operationes aliorum sensuum.

*Aristot.
Intellectio
nem non esse
actionem
confirmatur
ex Aristot.*

Pro eadem sententia est præclarum Aristot. testimonium 3. de anima cap. 7. aut secundum aliam divisionem cap. 4. ubi ait. *Sensibile autem ad actum ex potentia sensuum ipsum deducere, actumque videtur efficere: non enim patitur, ac alteratur. Quapropter alia est hæc species motus. Nam motus actus est imperfectus, at actus simpliciter, qui quidem est rei perfectus, alius est omnino diversusque ab illo: sentire igitur ipsi dicere solum ac intelligere simile est, ac si dicat, sentire non esse actum imperfectum, sicut neque intelligere, & dicere: si autem sentire, intelligere & dicere, essent ipsa actio producendi speciem expressam, absque dubio essent actus imperfecti, eisque definitio motus tradita 3. Physicorum cap. 2. nempe, *Actus entis in potentia, prout in potentia, conueniret, ac proinde essent actus imperfecti: illud enim dicitur imperfectum, quod est in potentia ad factum esse formæ; tale autem est subiectum, quatenus in se recipit fieri, & viam ad factum esse alicuius formæ. Cum igitur hæc, quæ diximus, nempe sentire, intelligere & dicere, sint actus perfecti: sequitur ea non consistere formaliter in fieri, & via; sed in forma, seu qualitate in facto esse, & in hunc sensum videtur intellexisse hunc locum Aristot. S. Thom. supra q. 8. art. 1.**

*22.
Productio
verbi mentis
non est
dictio.*

Potro productionem illam non esse dictionem, sic ostenditur. Si eo esset dictio, quo est productio: sicut qualitas illa expressa producitur, sic etiam diceretur, at qui nemo affirmabit, qualitatem illam dici, ergo productio illius non est eo dictio, quo est productio. Respondebit fortasse aliquis, nihil magis propriè dici, quam qualitatem illam, expressamque similitudinem rei: illa enim est verbum mentis; proprium autem est verbi, dici & proferri. Sed quamvis negare non possimus, qualitatem illam mentis communiter verbum mentis appellari; eius tamen productionem non esse dictionem, neque illam dici à nostro intellectu, facile potest demonstrari. Interroganti enim,

quid dixisti in mente tua? nemo respondens, qualitatem, & representationem equi, vel hominis, sed verbo vocis explicabit rem ipsam, quam interius intellexit, seu enunciauit. Sicut, cum Pharisæi calumniantur opera Christi, & interius secum contra ipsum loquebantur, dicentes, *Qui potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* si quis interrogaret Christum, quidnam contra ipsum loquerentur, non responderet, qualitatem, & verbum mentis talis, & talis rei, sed verbo vocis significaret rem ipsam, quam illi interius cogitabant & dicebant, hi loquuntur contra me, & mente sua dicunt, neminem posse remittere peccata, nisi solus Deus. Denique cum aliquis interrogatur, quid intus dicat, respondet verbis vocis, verba autem huiusmodi non significant conceptum formalem, & qualitatem expressam mentis, quam verbum mentis appellamus, sed conceptum obiectum, rem scilicet intellectam, substituiturque loco conceptus formalis, ut notauimus disput. 75. cap. 3. Ergo cum nihil aliud interius mente nostra dicamus, quam id, quod exterius verbis vocis significare solemus, & voces significant, non conceptum formalem, & qualitatem, sed rem intellectam, consequitur, qualitatem illam non esse id, quod mente dicitur, ac proinde eius productionem non esse dictionem illius.

Sed obijcies id, quod supra diximus, scilicet dictionem propriè ad verbum referri: verbum autem mentis esse qualitatem illam: ex quo sequitur, & illam qualitatem potius à nostro intellectu dici, quam rem ipsam. Respondeo, verbum non dici, sed rem ipsam appellari, quia dicitur, & eius productio sit dictio ipsius, sed quia ipsum sit dictio aliarum rerum, hoc est, quia ipso verbo, tanquam dictione res intellectæ proferantur, & dicantur. Et hac sola ratione verbum nostræ mentis dicitur verbum: quocirca non sequitur, eius productionem esse dictionem ipsius, ergo mens nostra interius non dicit, & loquitur verbum, sed solum dicit rem intellectam, quam ipso verbo exprimit, & intelligit.

At oppones nobis August. lib. 15. de Trinitate cap. 15. qui de verbo nostræ mentis sic loquitur. *Cum verbum nostrum cogitatione nostra dicatur, Et hoc verbum nostrum intimum nisi cogitatione non dicitur. Ergo sentit verbum mentis nobis dici, & verbum non esse cogitationem, sed potius dictionem verbi esse ipsam cogitationem.* Respondeo, August. diuerso modo Philosophari de verbo mentis, quam Scholastici loquuntur. Ille enim putauit, non produci in mente verbum, quocumque actu intellectiois, & cogitationis, sed eo, ex quo post multam inquisitionem, & dubitationem tandem in nobis nascitur scientia, & cogitatio rei determinata, ea vero cogitatione qua adhuc inquirimus, & dubitamus, existimus, nullam verbum produci, & tamen non dubitauit illam cogitationem esse qualitatem quadam expressam rei, quam sub dubio intelleximus, & cogitamus; ergo non sentit expressam productionem speciei expressæ esse dictionem eiusdem. De illa vero parum à principio capitis sic ait: *Cum autem dubitamus, nondum est verbum, de qua dubitamus; sed de ipsa dubitatione verbum est: quamvis enim non nouerimus an verum sit, unde dubitamus, tamen dubitare nos nouimus.* Cum concepit verbum dubitationis, intelligit illud esse scientiam.

reflexam, quam de dubitatione habemus: nam ipsum conceptum, quod de re dubitamus, non vocatur verbum, imò negat esse verbum. Si enim existimaret, esse verbum alicuius, maximè ipsius rei; quoniam sui ipsius nequit, rei autem dixit non esse verbum. Et paulo inferius. *Sed quid est quod potest esse verbum, & ideo iam dignum est verbi nomine? Quid est, inquam, hoc formabile, nondumque formatum, nisi quiddam mentis nostræ, quod hac atque hac volubili quadam notione iactamus, cum à nobis nunc hoc, nunc illud, sicut inuentum fuerit, vel occurrerit, cogitatur, & tunc fit verum verbum, quando illud, quod nos diximus, volubili notione iactare, ad id, quod scimus, peruenerit, atque inde formatur, eius omnimodam similitudinem capiens, ut quomodo res quæque sit, sic etiam cogitatur.* Hoc statim, inquit ipse, appellari se verbum, ne de contro- uersia vocabuli laborare videatur, ac si diceret, si alius vocat verbum mentis, quidpiam aliud in mente, ego non laboro, ergo vocat Augustinus verbum mentis scientiam certam, quam habemus de re, vel certū iudiciū post cogitationis, & intellectus inuestigationem: dictionem autem verbi inquit esse cogitationem præcedentem: nunquam vero productionem alicuius speciei expresse appellauit dictionem, nec omnem qualitatem expressam verbum. Subiungit vero: *Cogitatio quippe nostra perueniens ad id, quod scimus, atque inde formata, verbum nostrum verum est.* Vbi scientiam ipsam formatam de re vocauit verbum expressum, & quasi dictum cogitatione inquisitionis. Addit tandem, verbum Dei esse sine cogitatione, non, quia non producatur intellectione, sed quia cum cogitatio in sententia Augustini sit cum inquisitione, & in Deo nulla sit inquisitio: nulla in eo est cogitatio, nec verbum illius cogitatione produ- citur: nam & ipse August. ibidem fateretur, non esse similem productionem nostri verbi interioris, & productionem diuini verbi.

Concludamus igitur, verbum mentis nostræ esse qualitatem expressam, quæ est ipsa intellectio obiecti, & hanc eandem esse dictionem, non sui ipsius, sed rei intellectæ; id enim quod proprie dicitur, est res intellectæ, aut significata, non qualitas ipsa mentis: imò etiam si loquamur de verbo exteriori, non tam proprie asserimus, ipsum verbum dici, quam rem significatam verbo; utrumque tamen de verbo exteriori asserimus; quia per figuram metonymiam, verbum pro re, & res pro verbo, tanquam continens pro contento, & contra solet usurpari. Atqui verbum interiorius, quod est species expressa, & ipsamet intellectio, nō est, quod dicitur, sed res solum intellectæ: qualitas vero est verbum, & dictio ipsa est natura verbi, non enim tam proprium est verbi dici, quam esse ipsam dictionem rei intellectæ. Hoc dixerim de verbo nostro; nam si loquamur de verbo æterno, alia est ratio. Cum enim simul habeat esse id, quod intelligitur, à Patre, & quod producit, ita habet rationem verbi, ut simul etiam sit dictum, & prolatum æterna Patris dictione, & prolatione quæ est illius cognitio, eo etiam producta, & dicta dicuntur, & proficiunt reliqua, quæ pater intelligit in eo. Quomodo autem hoc verum sit, & quomodo verbum hoc dicatur Patri repræsentare, explicabitur disput. 125. cap. 2. Quare licet nos non dicamus verbum mentis nostræ, nisi improprie, & laxiori significatione, hoc est, non dicamus qualitatem illam, quam conceptū formalem ap-

pellamus, sed solum rem ipsam per eam intellectuam, & repræsentatā, quia verbum nostrum nos non intelligimus (loquar de actu directo) tamen Deus pater propriissimè dicit filium suum tanquā verbum suum, quod intelligit simul, & profert: alia vero quæ in eo dicit, ut sunt creaturæ, secundariò dicit, quare si interrogemus, quid dixit pater æternus? respondemus, filium suum, & verbum suum, cum tamen, si interrogemus, quid nos interiorius dicamus? non possimus respondere, qualitatem illam seu verbum; sed rem, quam intelligimus, ut manet probatum.

Hoc pacto videtur Anselm. locutus de verbo nostro in monologio cap. 31. ait enim. *Cum enim visum oculorum in memoriam attraxi, quæ imago in cogitatione verbum est eiusdem hominis, quem cogitando dico: habet igitur mens rationalis, cum se cogitando intelligit, secum imaginem suam ex se natam, id est, cogitationem sui ad suam similitudinem, quasi sua impressione formatam, quæ imago eius, verbum eius est.* Vbi primum, verbum appellat imaginem rei, sicut nos etiam diximus. Tum etiam hanc imaginem appellat cogitationem ipsam, ergo sentit verbum esse ipsam cogitationem, & non aliquid cogitatione productum. Adhæc asserit cogitando nos dicere hominem, quem cogitamus, quod nō asserit de verbo, rectè ergo diximus, verbum esse ipsam qualitatem, quæ est intellectio, ipsamque qualitatem esse dictionem rei intellectæ: sed productionem illius qualitatis non esse dictionem, nec verbum ipsum esse id, quod dicitur: quæ vero ratione asserat Anselm. aciem nostræ cogitationis formari in imaginem explicauimus disput. 39. cap. vlt.

Hinc faciliè respondetur ad vltimum argumentum Durandi: concedimus enim, actus notionales, quatenus significantur solum sub relatione, & ordine productionis, non transire in creaturas, nec reflecti supra personā producentem, & hoc modo significantur à nobis nomine productionis, & generationis; at vero, ut denotantur nomine dictionis & intellectiois transire possunt; hæc enim nomina significant potius ordinem ad rem dictā, & intellectā, quam ad rem productam: cum reperiatur aliquando aliquid dictum, & intellectū, quod non sit productum, ut in nobis: contra vero cum in nobis qualitas, & similitudo expressa producat, non est id, quod ab intellectu dicitur. Quare cum diximus, verbum quatenus verbum denotare processionem sui ab alio, non est ita accipiendum, quasi idem sit procedere verbum, & dici, sed quia ipsamet dictio, seu verbum processionem denotat realem ab aliquo.

Duo nobis supersunt notanda: Alterum est, De Anselm. dixit, idem esse summo spiritui scire, quod intelligere & dicere: inde namque sequi videtur, dicere in Deo essentialiter accipi, sicut ipsum intelligere: quia idem sunt. Responder S. Thomas in solut. 3. *S. Thom. explicatio.* Anselmum loquutum improprie de actu dicendi: sicut autem idem esse omnino quod intelligere, & tribus personis conuenire; at vero si proprie accipiat, esse notionale, & proprium primæ personæ, sicut dici vel esse verbum, est proprium secundæ. Ergo tamen difficile puto, Anselmum ita improprie locutum fuisse: nam à cap. 31. differit de ipsa productione diuini verbi, ostenditq; cap. 32. & 33.

30.

& 33. & 34. quo pacto Deus dicat se, & creaturas omnes suo æterno verbo, ergo loquitur de actu dicendi notionali, qui proprius est patri: ille enim solum dicit verbo suo. Respondeo igitur, noluisse Anselmum per omnia æquare intellectionem, & dictionem inter se, ut idem omnino essent, id enim suo instituto necessarium non erat, sed ut ostenderet, eodem pacto patrem creaturas dicere verbo suo, quo illas intelligit, id quod eo capite solum contendebat, assumit eam propositionem, Idem est summo spiritui scire, quod intelligere, seu dicere, quod sane eatenus verum est, quatenus dicere formaliter, & essentialiter intelligere est, addito solum respectu processionis, tamen contra, intelligere, & scire in Deo non fit semper dicere, nam in Filio, & Spiritu sancto non est dicere, atqui, ut probet id, quod proposuimus, satis est, si idem fit intelligere proprium Patris, & dicere, ea ratione, qua diximus.

dictio verbi
est emanatio.

Alterum notandum est id, quod obseruauit Caietan. circa hunc artic. cum dixit S. Thomas dicere ipsius patris considerari à nobis per modum emanationis, ut inde probet esse actum notionalem, & verbum illius notionaliter quoque vsurpari, non esse ita intelligendum, quasi solum nostro modo intelligendi dictio habet rationem emanationis, hoc est, ad modum emanationis concipitur, cum tamen reuera non sit; sed ita, ut reipsa verè sit emanatio.

ARTICVLVS II.

Utrum verbum sit proprium nomen filij.

190.

1. d. 27. q. 2.
art. 1. q. 2.
et ver. q. 4.
art. 3. q. 2.
1. cap. 11.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod verbum non sit proprium nomen filij. Filius enim est persona subsistens in diuinis. Sed verbum non significat rem subsistentem, ut in nobis patet. Ergo verbum non potest esse proprium nomen personæ.

2. Præterea. Verbum prolatione quadam procedit à dicente: si ergo filius est propriè verbum, non procedit à Patre, nisi per modum prolationis. Quod est hæresis Valentini, ut patet per August. in lib. de hæresibus.

3. Præterea. Omne nomen proprium alicuius personæ significat proprietatem aliquam eius. Si igitur verbum sit proprium nomen filij, significabit aliquam proprietatem eius: & sic erunt plures proprietates in diuinis quam supra enumeratæ sunt.

4. Præterea. Quicumque intelligit, intelligendo concipit verbum. Sed filius intelligit. Ergo filij est aliquod verbum. Et sic non est proprium filij esse verbum.

Lib. 5. cont.
Enno. 6. 11.

5. Præterea. Hebr. 1. dicitur de filio: Portans omnia verbo virtutis suæ. Ex quo Basilius accipit, quod Spiritus sanctus sit verbum filij. Non est ergo proprium filij, esse verbum.

Libro 6. de
Trin. c. 2. in
finito. 3.

Sed contra est, quod August. dicit 6. de Trin. verbum solus filius accipitur.

Respondeo dicendum, quod verbum propriè dictum in diuinis personaliter accipitur, & est proprium nomen personæ filij: significat enim quandam emanationem intellectus. Persona autem, quæ procedit in diuinis, secundum emanationem intellectus, dicitur filius, & huiusmodi processio dicitur generatio, ut supra ostensum est. Vnde relinquitur, quod solus filius propriè dicatur verbum in diuinis.

Ad primum ergo dicendum, quod in nobis non est idem esse & intelligere. Vnde illud, quod habet in nobis esse intelligibile, non pertinet ad naturam nostram: sed esse Dei est ipsum eius intelligere. Vnde verbum Dei non est aliquid accidens in ipso, vel aliquis effectus eius, sed pertinet ad ipsam naturam eius. Et ideo oportet, quod sit aliquid subsistens. Quia quicquid est in natura Dei, subsistit. Et ideo Damasc. dicit, quod verbum Dei est substantiale, & in hypostasi ens. Reliqua vero verba, scilicet nostra, virtutes sunt animæ.

Ad secundum dicendum, quod non propter hoc error. Valentini est damnatus, quia filium dixit prolatione natum, ut Arriani calumniabantur, sicut Hylarius refert 6. de Trinitate, sed propter verum modum prolationis, quem posuit sicut patet per Augustinum in libro de hæresibus.

Ad tertium dicendum, quod in nomine verbi eadem proprietates importantur, quæ in nomine filij. Vnde dicit August. Eo dicitur verbum quo filius. Ipsa enim natiuitas filij, quæ est proprietates personalis eius, diuersis nominibus significatur: quæ filio attribuantur ad exprimendum diuersimodè perfectionem eius. Nam, ut ostendatur connaturalis patri, dicitur filius: ut ostendatur coæternus, dicitur splendor: ut ostendatur omnino similis, dicitur imago: ut ostendatur immaterialiter genitus, dicitur verbum. Non autem potuit vnum nomen inueniri, per quod omnia ista designarentur.

Ad quartum dicendum, quod eo modo conuenit filio esse intelligentem, quod conuenit ei esse Deum, cum intelligere essentialiter dicatur in diuinis, ut dictum est. Est autem filius Deus genitus, non adoptivus. Est autem filius Deus genitus, non adoptivus, quod temperans Deus. Vnde est quidem intelligens, non, ut producat verbum, sed ut verbum procedens, prout, scilicet, ut deo verbum procedens secundum rationem non differt ab intellectu diuino, sed relatione sola distinguitur à principio verbi.

Ad quintum dicendum, quod cum dicitur

filio dicitur, Portans omnia verbo virtutis sua, verbum figuratè accipitur pro effectu verbi. Vnde Glos. vbi dicit, quod verbum sumitur pro imperio. in quantum scilicet ex effectu virtutis verbi est, quod res conseruentur inesse, sicut ex effectu virtutis verbi est, quod res producantur in esse. Quod vero Basilii interpretatur verbum pro Spiritu sancto, improprie & figuratè locutus est, prout verbum aliter dici potest omne illud, quod est manifestatum eius, vt sic ea ratione dicatur Spiritus sanctus verbum filij, quia manifestat filium.

Notationes circa Articulum.

Conclusio est, affirmans, quæ vero disputatione digna erant in hoc articulo, præcedenti disputatione examinata sunt: super sunt tamen quedam minoris momenti, quæ prætermittenda non videntur.

Primum est, aduerbium, *proprie*, in titulo, & corpore articuli accipi, sicut q. 33. art. 2. vt distinguitur contr. aduerbium, *communiter*, vt sic ostendat S. Thomas, nomen hoc ita conuenire secundæ personæ, vt alteri accommodari nequeat. Et quamuis secundæ personæ non solum sit proprie verbum, id est, sola ipsa sit verbum; verum etiam ita proprie, vt non sit metaphoricè, nec ab extrinseco, sed suapte natura, & caractere: nihilominus S. Thomas de his duobus posterioribus modis nihil curat, licet oppositum falso existimet Cæcilianus, sicut etiam loco superius allegato, quem ibidem refutauimus.

Secundò notandum est circa solutionem secundæ fuisse hæresim fabulosam Valentini, vt scribit Irenæus lib. 1. aduersus hæreses c. 1. quam ipse latè impugnat lib. 2. à cap. 1. cuius etiam meminerunt Tertul. lib. de præscriptionibus aduersus hæreticos cap. 46. & Epiphani. hæresi 31. & lib. 1. compendij hæreticarum fabularum c. de Valentino, Hylar. 6. de Trinitate paulo post initium, August. lib. de hæresibus c. 11. asserbat enim triginta & duas, annas, hoc est secula exitisse, omniaque ortum habuisse ex profundo, & silentio: profundum dixit esse propatorum, & proarchen, hoc est, patrem, & principem, & appellauit Deum ingenitum, & sempiternum; atque in silentio eum multis æonibus & sæculis fuisse: cum eo præterea fuisse Charin, Sigen, aut Ennean, hoc est, gratiam, silentium, vel tacitam cogitationem, ex qua Deus ille ingenitus prolato emissionis, veluti semine generauit nun, hoc est mentem, & oñ enim Græcè, Latine idem est, quod *mens*, & hanc appellauit vngentum Dei, similem ei, & æqualem, & cum hoc dicebat, productam esse veritatem, qua constitueretur numerus, quaternarius, quem radicem omnium numerorum esse affirmabat: postea vero ex vngentum mente, & veritate processisse verbum, seu λόγος, Logon, & tandem pro omnium securitatem missum fuisse Christum, fabulose fingeat, quæ omnia latissimè refert Irenæus.

Verum Ariani, vt scribit Hilarius, iactantes se fidei Catholicæ propugnatores, asserbant vnum Deum omnipotentem, immortalem, &c. Filium vero creaturam eius perfectam, non sicut cæteras;

facturam, non sicut cæteras, sed creaturam ante sæcula. Dicebant etiam filium non putatiue, sed verè obsecutum voluntati patris, non prolatoe natum, vt fingeat Valentinus. Denique Valentini, & aliorum hæreticorum fabulas, & errores non admittentes, suos defendere conabantur. Reprehendit autem eos Hilarius, quod prætextu excludendi errorem Valentini, negabant filium Dei esse prolatoe, vt ita verbum esse inficiarentur. Nam licet non fuerit ita fabulose prolatus, vt dicebat Valentinus, tamen cum verè sit verbum Patris, non potest de substantia ipsius non esse æterna generatione prolatoe, operatione videlicet mentis, vt superiori disputatione explicatum est. Hæresim Valentini refert Sanderus lib. 7. de visibili monarchia, anno 1380. sub Antonino Pio, sed Epiphanius sub Antonino I. Fides igitur Catholica docet, in Trinitate esse proprie vnicum verbum patris, nempe filium, cur autem vnaquæque persona non habeat suum verbum productum, dicemus q. 4. art. 6.

Tertiò, notandum est circa solutionem vltimi, Basilium lib. 5. contra Eunomium c. 11. appellasse Spiritum sanctum verbum filij, ex illo ad Hebr. 1. *Portans* (scilicet Christus) omnia verbo virtutis sue, & ex illo ad Ephes. 6. *Et gladium Spiritus*, quod est verbum Dei, Hoc est, vt ipse explicat, *Viuens ac operans*. Excuset vero S. Thom. Basilium, quod locutus videatur figuratè, quatenus Spiritus sanctus quodammodo filium repræsentat; quod intellige, non ex vi processionis diuinæ, sed quia gratia sua hominibus Christum annuntiat, & fidelibus manifestat. Verum locus ille ad Hebr. 1. sensum habet longè diuersum, quem optime Chrysostom. Theodoretus, Theophylactus, & Oecumenius sunt assecuti. Loquitur enim Paulus de Christo filio Dei, de quo dicit, *Qui cum sit splendor gloria, & figura substantia eius, portansque omnia*, hoc est, & omnia, quæ per ipsum facta sunt, agat, gubernet, & conseruet verbo virtutis sue, id est, citra laborem, & negotium, solo nutu, & voluntate, sicut Genes. 1. *Dixit Deus, & facta sunt*, quod enim solo verbo fit, absque sollicitudine, & labore fit. Verbum enim eo loco non est Græcè, λόγος, qua voce vtitur, Ioan. 1. c. *In principio erat, λόγος*, hoc est, verbum, filius Dei, sed est ψῆμα, & significat idem, quod Latine, *Verbum, iussus sententia*.

Illud etiam ad Ephes. 6. *Et gladium Spiritus*, quod est verbum Dei, iuxta communem interpretationem non de verbo æterno Dei, sed de verbo predicationis fidei intelligitur, qui idem gladius dicitur, sicut ad Hebr. 4. quia penetrat vique ad interiora spiritus, & cogitationes malas à bonis secernit, & separat.

ARTICVLVS III.

Verbum nomine Verbi importetur respectus ad creaturas.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod in nomine verbi non importetur respectus ad creaturam. Omne enim nomen connotans effectum in creatura essentialiter in diuinis dicitur, sed personaliter, vt dictum est. Ergo verbum non importat respectum ad creaturam.

2. Præterea. Quæ importat respectum ad

Tertia notatio cur Basil. Spiritum sanctum appellat verbum.

Locus Pauli ad Hebr. exponitur.

331

191.

1. d. 27. q. 2.
ar. 2. c. 1.
q. 4. art. 5.
c. 1. ad
4. art. 1. ad
1. ar. 1. h. n.
ius quæstio.

ad creaturas, dicuntur de Deo ex tempore, ut Dominus & creator: sed verbum dicitur de Deo ab æterno. Ergo non importat respectum ad creaturam.

3. Præterea. Verbum importat respectum ad id, à quo procedit: si ergo importat respectum ad creaturam, sequitur, quod procedat à creatura.

4. Præterea. Ideæ sunt plures secundum diversos respectus ad creaturas. Si igitur verbum importat respectum ad creaturas, sequitur, quod in Deo non sit unum verbum tantum, sed plura.

5. Præterea. Si verbum importat respectum ad creaturam, hoc non est, nisi in quantum creaturæ cognoscuntur à Deo. Sed Deus non solum cognoscit entia, sed etiam non entia. Ergo in verbo importabitur respectus ad non entia. Quod videtur falsum.

*Lib. 83. q. 4.
63. 10. 4.* Sed contra est, quod dicit August. in lib. 83. questionum, quod in nomine verbi significatur non solum respectus ad patrem, sed etiam ad illa, quæ per verbum facta sunt operatiua potentia.

Respondendo dicendum, quod in verbo importatur respectus ad creaturam. Deus enim cognoscendo se, cognoscit omnem creaturam. Verbum igitur in mente conceptum est representatiuum omnis eius; quod actu intelligitur. Vnde in nobis sunt diuersa verba, secundum diuersa, quæ intelligimus. Sed quia Deus vno actu & se, & omnia intelligit, vnicum verbum eius est expressiuum non solum patris, sed etiam creaturarum. Et sicut Dei scientia Dei quidem est cognoscitiua tantum, creaturarum autem cognoscitiua, & factiua: ita verbum Dei eius, quod in Deo Patre est, est expressiuum tantum, creaturarum vero est expressiuum, & operatiuum. Et propter hoc dicitur in Plal. 32. Dixit, & facta sunt, quia importatur in verbo ratio factiua eorum, quæ Deus facit.

Ad primum ergo dicendum, quod in nomine personæ includitur etiam natura oblique. Nam persona est rationalis naturæ indiuidua substantia: in nomine igitur personæ diuinæ quantum ad relationem personalem non importatur respectus ad creaturam, sed importatur in eo, quod pertinet ad naturam. Nihil tamen prohibet in quantum includitur in significatione eius essentia, quod importaretur respectus ad creaturam. Sicut enim proprium est filio, quod sit filius: ita proprium est ei, quod sit genitus Deus, vel genitus creator. Et per hunc modum importatur relatio ad creaturam in nomine verbi.

Ad secundum dicendum, quod cum relationes consequantur actiones, quedam nomina important relationem Dei ad creaturam, quæ consequitur actionem Dei in exteriorem effectum transcurrentem, sicut creare, & gubernare: & talia dicuntur de Deo ex tempore. Quedam vero relatio est, quæ consequitur actionem non transcurrentem in exteriorem effectum, sed manentem in agente, ut scire, & velle, & talia non dicuntur de Deo ex tempore. Et huiusmodi relatio ad creaturam importatur in nomine verbi. Nec est verum, quod nomina importantia relationem Dei ad creaturas omnia dicantur ex tempore, sed sola illa nomina, quæ important relationem consequentem actionem Dei in exteriorem effectum transcurrentem, ex tempore dicuntur.

Ad tertium dicendum, quod creaturæ non cognoscuntur à Deo per scientiam à creaturis acceptam, sed per essentiam suam. Vnde non oportet, quod à creaturis procedat verbum, licet verbum sit expressiuum creaturarum.

Ad quartum dicendum, quod nomen Ideæ, principaliter est impositiuium ad significandum respectum ad creaturam. Et ideo pluraliter dicitur in diuinis, neque est personale. Sed nomen verbi principaliter impositum est ad significandam relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas, in quantum Deus intelligendo se, intelligit omnem creaturam. Et propter hoc in diuinis est vnicum tantum verbum, & personaliter dictum.

Ad quintum dicendum, quod eo modo, quo scientia Dei est non entium, & verbum Dei est non entium, quia non est aliquid minus in verbo Dei, quàm in scientia Dei, ut August. dicit. Sed tamen verbum est entium, ut expressiuium, & factiuium. Non entium autem, ut expressiuium, & manifestatiuum.

Conclusio est, Verbum Dei respectum habet ad creaturas, reddit rationem S. Thomas: quia quidquid est in cognitione patris est in ipso verbo: in cognitione autem patris est omnis creatura, ergo in ipso verbo. Quo fit, ut verbum representat omnes creaturas, quæ in ipso esse dicuntur. Doctrinam præsentis conclusionis, & articuli sequentibus disputationibus examinabimus.

DISPUTATIO CXLII.

An verbum procedat ex omnibus, quæ sunt in Deo formaliter.

Status controversiæ, cap. 1.

Varia Scholasticorum opiniones, cap. 2.

Cognitione essentie attributorum, simulque patris, & filii

produci verbum, verior sententia docet, cap. 3.

Cognitione Spiritus sancti, ut obiecti per se mutuo non produci verbum, cap. 4.

Capitulum